



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

Moure, Antonio Fernandes de

Coloniæ Agrippinæ

Cap. 7. De reuocatione priuilegiorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934

debet uti. Quæ verba sumpta sunt ex L. prima. ff. Quod quisque iuris. Duo enim principia naturalia concurrunt ad stabiliendam humanarum legum vim. Primum dicit. Superiori iuxta præcipienti, obtemperandum est. Et hoc cogit subditos ad standum legibus. Secundum dicit. Seruandum tibi est ius, quod in alterum statuis. Patere legem, quam ipse ruleris. Et hoc obligat Legislatores, quo ad vim directiuam, ut manifestum est. Recte tamen aduentunt Caietan. 1.2. quest. 96. & Sot. 1. iust. question. 6. art. 7. hanc vim directiuam solum reperi in legibus communibus, tam subditis, quam principi, quales sunt in foto Ecclesiastico leges de ieiunando, audiendo sacro, &c. in foro vero sæculari leges de vendendo vel emendo tali pretio, &c. Non reperitur vero tale ius in legibus, quæ pro ipsis subditis tantummodo conditæ sunt, n. de non gestandis armis, de non induendo serico, & aliæ.

CAPUT VII.

De reuocatione Priuilegiorum,

De Priuilegiorum reuocatione. §. I.

- 1 An gratia expiret per mortem concedentis illam.
- 2 An mandatum expiret morte mandantis.
- 3 Mortuo Papa ante dispensationem factam Episcopo commissam, an teneat adhuc gratia, & possit fieri dispensatio.

1 **Q**VAESTIO. Expiratne gratia per mortem concedentis illam? RESP. Minime. caput. gratiam. capi. relatum de offic. deleg.

2 **Q**VÆST. Expiratne mandatum morte mandantis? RESP. Re integra adhuc, non solum morte, sed depositione aut translatione expirat. cap. Mandati. Docet Diu. Anton. ap. tit. 17 cap. 9 § fin. Palud. in 4. d. 17. quest. 4. art. ult. Peres L. 2. tit. 2. lib. 2. Ordin. Si tamen mandatum accessorium est actui

actui minime per mortem reuocabili, non expirat. Probat Henr. de indul. ca. 11. num. 4. in Glossa.

3. Q V A E S T. Commisit Papa Episcopo, aut Legato, ut verificata narratiua dispenset; interim antequam Episcopus dispensaret, mortuus est Papæ, expirauitne gratia illa per mortem Papæ? R E S P. Minime. Ita Maiclus lib. de irregul. ca. 51. num. 6. Sylvest. gratia. §. 2. Tabien §. 5. Arniil. §. 5. Anton. Gabr. tom. 2. tit. de præben. con. 1. num. 35. qui omnes citant Federic. conf. 68. Moya, & alios Doctores. Ratio est: Quia ex parte Papæ plene concessa est illa gratia; & ideo ante reuocationem per successorem factam, tenet, & valer.

CAPVT VIII.

De quinque Ecclesiæ præceptis.

§. Dixisti de præcepto humano, præcipue Ecclesiastico in communi quo ad vim, & obligationem animæ quam inducit ad sui obseruationem. Restat nunc dicendum de præceptis Ecclesiasticis in singulari (hæc enim sola persequi nostri est instituti, nostræ professionis.) Quoniam vero prima, & præcipua sunt quinque, quæ vulgo appellantur quinque sanctæ Ecclesiæ mandata, ab ijs interrogatioñes exordiar.

De sacro audiendo: §. 1.

- 1 De loco iuris, vbi continetur hoc præceptum.
- 2 Quid sit sacrum audire, & qua intentione audiendum fit.
- 3 De recitatione precium in audiendo sacro.
- 4 De integritate missæ audienda.
- 5 De ys, qui in audiendo sacro ei inseruiunt ministrando, & querendo necessaria.
- 6 De audiencib[us] duarum missarum medietates.
- 7 De excusatu ab audiendo sacro.
- 8 De famulo non audiente sacram ob domini seruitum exequendum.

9 An